PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 45r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

prius exorat / non ioco vti sed serio nos agere cum me
morie subiacerimus / non longum esse tempus ex quo gy
mnasia admodum et ridenda videbant que nunc barba
rorum plurimis ~~modos~~ nudos scilicet intuiere homines cum primum
gimnasia fieri cepere principio quidem a cretensibus / de
inde lacedemonijs licuit atque hijs qui tum maxime vibai
habebantur / ista subnare nunc sic arbitrare Gla Quid inquit
So Verum arbitror postquam exercentibus equum factum vi
sum est quod her omnia celare oculis / quod a spectu prius
ridendum fuerat euanuit / a ratione quoque ad bonum inclina
te dissipatum est / in mane quoque ostensum / si quid aliud ar
bitrium irridendum esse putat At vero qui risum cona
tur extinguere / aliam quoque ridiculi spectat ymaginem quod stulti
tiali quoque ad aliud profecto quam ad bonum se instituens iocum mittit /
Gla Prorsus inquit So Primum mihi de hijs disserendum
reor vtrum possibilia futura sint aut non sint. di
sputatio quoque adhibenda est / siue iocosius quis siue
studiosius disceptare moliatur. an possibile sit humane
natiue femine ad vniuersa opera masculini generis
communicare / siue inquibusdam siue nullis et que ad
res spectant militares quemadmodum se habeat nonne qui
b ciuispiam sit dicere incipiens optime vt equum est
finietur oratio Gla Optime inquit So Quibus igitur
nisi nos ipsos contra nos alioquin vice disceptare / neque
alicui rationi contra simus defensore carere videantur
Gla Nichil inquit vetat So dicamus itaque pro hijs
O Socrates et glauco / non opus arbitror contra nos
disceptare alios / ipsi etenim a principio ciuitatem quam
condiditis / fassi estis / secundum suam quoque naturam
vnum quodque agere oportere / nonne id confessi sumus /
Gla Vtique inquit So Num igitur a viro quoque plurimum
differt natura muliebris Gla Cur non So aliud quo

Cretenses primi gimnasia instituere
Lacedemonij sub inde

Fabe quadrat omnia

Inquisitio vtrum mulieres idonee sint officiorum cum maribus participare queant